



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6. Vtrum corpus Christi moueatur ad motum hostiæ, vel calicis post
consecrationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

illum mediantibus propriis dimensionibus. Substantia autem corporis Christi comparatur ad locum illum mediantibus dimensionibus alienis, ita quod e converso dimensiones propriae corporis Christi comparantur ad locum illum mediante substantia: quod est contra rationem corporis locati, unde nullo modo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod corpus Christi non est in hoc sacramento definitiue, quia sic non esset ibi quam in hoc altari, ubi conficitur hoc sacramentum, cum tamen sit & in celo in propria specie, & in multis aliis altaribus, sub specie sacramenti. Similiter et patet, quod non est in hoc sacramento circumscriptione, quia non est ibi secundum commensurationem propriae quantitatis, ut dictum est: quod autem non est extra superficiem sacramenti, nec est in alia parte altaris, non pertinet ad hoc, quod sit ibi definitiue vel circumscriptione, sed ad hoc, quod incepit ibi esse per consecrationem & conuersionem panis & uini, ut supra dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod locus ille, in quo est corpus Christi, non est vacuus, neque tamen proprie est repletus substantia corporis Christi, quae non est ibi localiter, sicut dictum est: sed est repletus speciebus sacramentorum, quae habent replere locum, vel propter naturam dimensionum, vel saltem miraculose, sicut & miraculose subsistit per modum substantiae.

AD TERTIUM dicendum, quod accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento (sicut supra dictum est) secundum realem concomitantiam. Et ideo illa accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento, quae sunt ei intrinseca. Esse autem in loco, est accidens per comparationem ad extrinsecum continentem: & ideo non oportet, quod Christus sit in hoc sacramento, sicut in loco.

ARTICULVS VI.

Utrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.

Super quaestione septuagesima sexta articulum sextum.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento. Dicitur enim Phil. in 2. Top. quod motus nobis mouentur ea, quae in nobis sunt: quod quidem est uerum et de spirituali substantia animae: sed Christus est in hoc sacramento, ut supra habitum est. Ergo mouetur ad motum ipsius. ¶ 2. Praet. Veritas debet respondere figure: sed de agno paschali, quae erat figura huius sacramenti, non remanebat quicquam usque mane, sicut praecipitur Exod. 12. ergo neque etiam si hoc sacramentum reseruetur in crastino, erit ibi corpus Christi. & ita non est immobiliter in hoc sacramento.

¶ 3. Praet. Si corpus Christi remaneat sub hoc sacramento etiam in crastino, pari ratione remanebit, & per totum sequens tempus: non enim potest dici, quod desinat ibi esse cessantibus speciebus, quia esse corporis Christi non dependet a speciebus illis: non autem rema-

net sub hoc sacramento Christus per totum tempus futurum. uideatur ergo quod statim in crastino, uel post modicum tempus, desinat esse sub hoc sacramento: & ita uideatur quod Christus mobiliter sit in hoc sacramento.

SED CONTRA, impossibile est esse idem esse motum & quietum, quia sic contradictoria uerificarentur de eodem: sed corpus Christi in celo quietum residet, non ergo est mobiliter in hoc sacramento.

RESPONDICEDUM, quod cum aliquid est unum subiecto, & multiplex secundum esse, nihil prohibet secundum aliquid moueri, & secundum aliquid immobile permanere; sicut corpori est aliud esse album, & aliud esse magnum: unde potest moueri secundum albedinem, & permanere immobile secundum magnitudinem. Christo autem non est idem esse secundum se, & esse sub hoc sacramento: quia per hoc quod dicimus ipsum esse sub hoc sacramento, significatur quadam habitudo eius ad hoc sacramentum.

Secundum igitur hoc esse non mouetur Christus per se secundum locum, sed solum per accidens: quia Christus non est in hoc sacramento sicut in loco, sicut predictum est: quod autem non est in loco, non mouetur per se in loco, sed solum ad motum eius, in quo est. Similiter autem neque per se mouetur secundum esse, quod habet in hoc sacramento, quacumque alia mutatione, puta quantum ad hoc quod desinat esse sub hoc sacramento, quia illud quod de se habet esse indeficiens, non potest esse deficienti principium, sed alio deficienti, hoc desinit esse in eo, sicut Deus, cuius esse indeficiens & immortale, desinit esse in aliqua creatura corruptibili per hoc, quod creatura corruptibilis desinit esse. & hoc modo cum Christus habeat de se esse indeficiens, & incorruptibile, non desinit esse sub sacramento: neque per hoc quod ipsum desinat esse, neque etiam per motum localem sui (ut ex dictis patet) sed solum per hoc, quod species huius sacramenti desinunt esse: unde patet, quod Christus per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramento.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de motu per accidens, quo ad motum nostrum mouentur ea, quae in nobis sunt. Aliter tamen ea quae per se possunt esse in loco, sicut corpo-

to, quod sub aliis uerbis explicatur dicendo, Aliud est esse Christi corpus in se ipso, & aliud est contineri sub sacramento ipsum idem Christi corpus in seipso existens. Non dicitur ergo ab Auctore doctrina loquendo seorsum de conuersione panis in substantiam corporis Christi, & de habitudine Christi ad hoc sacramentum, ut superius fecimus. Nec propterea uerbes explicatum esse modum, quo Christus est in hoc sacramento. Nam explanatio huiusmodi dicitur per communia ualde, & per relationem seu habitudinem, nescitur autem res aliqua, nisi per propria cognoscatur.

Circa conclusionem illam, Corporis Christi ad motum hostiae mouetur per accidens, duplex occurrit obiectio.

Prima ex Durando opinante oppositum in libro quarto sententiarum distinctio 10. quae 3. Secunda ex Scoto, eadem distinctio quarto. 6. opinante non contra motum, sed contra motorem.

Arguit ergo Durandus corpus Christi nullo modo moueri ad motum hostiae, nec per se, nec per accidens: quia corpus Christi, & hostia non sunt unum secundum subiectum, nec se habent ut continens & contentum, nec habent colligationem uel coactionem. Et quia corpus Christi existit in celo localiter sit de nouo existens in hoc sacramento absque motu locali, tam per se quam per accidens, ergo a fortiori existens in hoc sacramento non mouetur ad motum hostiae.

Scotus autem putans corpus Christi ad motum hostiae moueri quidem per accidens, sed non nisi immediate a Deo, probat hoc uolumine haerese. Quando alii qua coniunguntur esse per actum uoluntatis contingenter se habentis ad illam coniunctionem esse unum illorum esse se sit mobile

Ar. 3. & 4. huius q.

q. praec. ar. 3. & 4.

In corp. art.

Art. praeced.

Ar. praeced.

Ar. praeced.

bil-omnino inproportionatum, & reliquum proportionatu, illud mouens non eadem motione potest mouere utrumq; coniuuctorum. Probatur ista ratione & exemplo . ratio est, quia si mouet vnum quod est sibi proportionatum, non propterea mouet per accidens reliquum, quia reliquu non est presens illi mo-

to, licet actus potentia, aut e contrario, nec simpliciter ex aliqua alia necessitate naturalis, sicut graue est presens nau, vel curru, cui inuenitur, & propter hoc simul mouetur cum illo, sed est presens sola voluntate, que potest non velle coniunctionem illam, sicut tamen motione alterius. Exemplum est, si augeas voluntarie facere se esse presens lapidi, si moueo lapidem, non propterea moueo angelum, qui non est per se mobilis a virtute meane nec per accidens in proposito, quia nec forma, nec pars est lapidis mobilis per se a me, unde angelus in termino motus lapidis per propriam suam actione esset ibi, vbi est lapis, & non per actum meum. Et tunc subleuatur minor.

Sed corpus Christi est presens speciei sacramentali tantu per actus voluntatis animae, ergo &c. Ad euentia horum videtur mihi, quod cum Durando nulla sit questio secundum rem, sed forte in solis verbis: si enim participatur ex una parte distinctio facta in littera de duplici esse corporis Christi, vel in se, vel in sacramento, & dictu esse quod corpus Christi in se non mouetur neque per se, neque per accidens, & quod secundum esse in sacramento mouetur non per se, sed per accidens, & si tum his simul perfecta fuerit vis rationum Duran. manifestum erit, quod nulla est diuersitas in sententia, quoniam ad hoc tendunt argumenta, quod corpus Christi secundum se non mouetur per accidens ad motum hostie, quod Auctor fatetur.

Verum si quis contendat his argumentis Christi corpus secundum nullum esse moueri per accidens ad motum hostie, facile inueniet responsionem, dicendo ad primum, quod inter corpus Christi & hostiam est colligatio secundum esse sacramentale; & ita quod se habent vt veraciter contentum & continens, vt patet extra, de sum. Trin. & si de cath. c. firmiter. Ad secundum negatur sequela, quia ad rem antecedentis, nec est opus motu, nec concomitatur motu; sed ad motum sacramentale concomitatur motus rei, que est sacramentum, secundum esse sacramentale, per accidens tamen.

Ad Scotum autem directe loquentem de Christi corpore, ut est in sacramento, dicitur quod ratio, aut implicat contradictionem, aut subsunt falsum.

Ad cuius intellectum aduerte duo assumi a Sco. scilicet coniunctione inter aliqua duo, & rationem coniunctionis, scilicet actum voluntatis contingenter se habentem. Et oportet alteram duorum sequentium Scotum dicere, vel coniunctionem illam nullu nexum ponere inter coniuncta ultra actum voluntatis contingenter se habentem, aut aliquu nexum inter illa ponere causalitatu a tali actu voluntatis; non potest dici primum, quia plene Sco. ponit coniunctione illa actu voluntatis volitam contingenter, & minor etiam esset falsa, ut patet. Et similiter exemplum de angelo, quia presens

tia angeli ad lapidem & corporis Christi ad sacramentum, non est formaliter per actum voluntatis. Oportet ergo intelligi, quod coniunctio addit nexum quendam inter coniuncta, & tunc apparet aut implicari contradictoria, pura quod sit nexus aliquis, inter duo creata, & quod ille nexus nullo modo coniungat illa nisi presens per actum voluntatis, quod non est intelligibile: aut minore esse falsam, quia inter corpore Christi & hostiam est coniunctio sacramentalis, que licet effectiue sit a solo Deo, in se tamen est coniunctio corporis Christi cum hostia naturali necessitate sacramenti. Nam ex vi sacramenti per se habetur esse sacramentale corporis Christi in hostia, & 4. d. 10. ar. 2. q. 2. ad 2. & art. 4. q. 1. per 10. & q. 4. ad 2. & in expo. li. ad 1. 2. & 4.

ad illas species, per quem modu Deus definit esse dominus creaturae deficientis.

ARTICVLVS VII.

Utrum corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo, saltem glorificato.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod corpus Christi, prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo, saltem glorificato. Oculis enim non iter impeditur a visione corporis Christi in hoc sacramento existentis, propter species sacramentales ipsum circunuelates: sed oculus glorificatus non potest ab aliquo impedi, quin corpora que libet videat prout sunt.

ergo oculus glorificatus potest videre corpus Christi, prout est in hoc sacramento. ¶ 2 Præ. Corpora gloriosa sanctorum, erunt configurata corpori claritatis Christi, ut dicitur Phil. 3. sed oculus Christi videt seipsum prout est in hoc sacramento. ergo pari ratione quilibet alius oculus glorificatus potest ipsum videre.

¶ 3 Præ. Sancti in resurrectione erunt æquales angelis ut dicitur Luc. 20. sed angeli videt corpus Christi, prout est in hoc sacramento. ergo oculus glorificatus potest ipsum videre.

¶ 4 Præ. Sancti in resurrectione erunt æquales angelis ut dicitur Luc. 20. sed angeli videt corpus Christi, prout est in hoc sacramento.

horas, in fine motus, angelus esset ubi est lapis, & non per actum angeli, ergo per motum lapidis a me. Et quis hæc sufficerent ad dicta Scoti; facilius tamen potest responderi, dicendo maiorem posse forte habere locum, quando utrumque coniunctu est per se mobile, pura, quia ambo sunt corpora; sed quoniam duoru coniunctu alteru tantu est mobile secundum se, alterum vero non, nisi per accidens mobile est, maior nullum habet locum, quonia non potest de eis dici, quod vnu in est mobile inproportionatu, & alterum mobile proportionatum. Sic autem inuenitur in proposito, quoniam hostia est mobilis secundum se; esse autem sacramentale, seu Christi corpus secundum esse sacramentale in hostia, non est mobile per se, sed solum per accidens, ut in littera hæc dicit Auctor, & communiter omnes fatentur, dum dicunt esse quoddam esse relatiuum: respectus enim non nisi per accidens possunt moueri localiter. Et hinc apparet quid dicendum est ad exemplum de angelo, quoniam dum moueo lapidẽ moueo per accidens presens inter lapidẽ & angelum, & similiter dum moueo hostiam consecratam, moueo presens inter hostiam & corpus Christi; ita quod translata hostia de altari in plateam, transferatur etiam presens, quia corpus Christi de presente in altari sit presens in platea. bñ; hoc quod corpus Christi in se moueatur, & similiter angelus heret presens in domo ad qua translatus est lapis, non quod ipse angelus sit motus a se, vel a me, sed quod transferendo lapidẽ, translatus presens eius in lapidẽ.

Super Quaestione 76. Articulum septimum.

IN corpore artic. multa occurrunt notanda, & dubianda. In primis circa rationes conclusionis primae, scilicet corpus Christi

Inf. ar. 8. co. & 4. d. 10. ar. 2. q. 2. ad 2. & art. 4. q. 1. per 10. & q. 4. ad 2. & in expo. li. ad 1. 2. & 4.

proced.

proced.